

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Promptuarium allegoriarum sacrarum praincipia fidei  
christianae capita illustrantium: indice quadruplici  
instructum post editiones 5 revisum, iam septimo  
recusum**

**Botsack, Johann**

**Francofurti ad Moenum, 1678**

Caput XXIV. De judicio extremo

[urn:nbn:de:bsz:31-142795](#)

tumelis ignominiam detrahentur quidam, Dan. 12, 2.  
 Pharao fecit hoc die tertio, quo natalem suum cele-  
 bravit: Dies resurrectionis est tertius dies, quô non  
 suum, sed suorum fidelium natalem verum celebratu-  
 rus est Dominus, natalem ad æternam latitudinem, ad in-  
 corruptibilitatem perpetuam, 1. Cor. 15. v. 44. non ad  
 tristitiam, qualis est natalis noster hujus vitæ; Eccl. 7.  
 v. 2. Job. 14. v. 1. O Domine Iesu, iram tuam promeritis;  
 Noxam tamen remitte, & caput nostrum exalta à por-  
 tis illis mortis, Psal. 9. v. 15. ut tibi gratias eternas per-  
 solvamus!



## CAPUT XXIV.

DE

## JUDICIO EXTREMO.

## ARTICULUS I.

DE SIGNIS ANTECEDENTIBUS  
ULTIMUM JUDICIUM.

## ULTIMA TEMPORA.

1666. Apoc. 10. v. 4. Audita sunt tonitrua, visi ful-  
 gura, reges ipsi terra in cavernis terra delitescere expeti-  
 verunt, Apoc. 6. v. 16. ante diem iræ Domini, & ante-  
 quam templum Dei aperietur, ita signorum tonitrua  
 audiuntur, fulgura notarum videbuntur, antequam in  
 judicio templum cœli aperiatur.

SIGNA

## SIGNA ANTECESSURA

judicium.

1667. *Liberationem populi ex Aegypto, urbis Hierosolymae destructionem, Jerem. 18. & 19. vasis signis, larga confracta, Babylonis excidium, Jer. 51.v.59. signa præcesserunt: ita piorum liberationem Rom. 8.v.23. per judicium signa præcessura sunt.*

## TEMPORA JUDICIUM PRÆ-

cessura tristia.

1668. 2. Chron. 15. v. 6. *Assaria primò mala Iudaie imminentia prænunciat, quæ sunt:*

1. *Gentium mutua concisio, v. 6. earundemq. turbatio; eod.*

2. *Officium inculcat, quod est in confortatione & manuum roboratione v. 7. addito à consequenti præmio argumento: Ita Christus mala diem extremum præcessura prædictit & simul de officio nostro nos monet, quod doceat fortitudinem ostendere, manus roborare, sicut Moses orando, Exod. 17. & capita levare, Luc. 21.*

## CALAMITATES ULTIMI

temporis.

1669. *Horror Abraham circa solis occasum contigit, Gen. 15. v. 12. Horror iste ultimi seculi calamitates & tristissimas confusiones denotare potest, de quibus Matth. 24. Hunc piorum horrorem prævidens Christus monuit, ut capita nostra attolleremus, Luc. 21. Sole occidente enim consolationis sole etiam justitiae Christo ex cordibus hominum per charitatis & fidei extinctionem evanescere, Matth. 24. vers. 3. 2. Tim. 3.v.3. talis incesset timor, pientissimos quoque Abrahami genuinos filios.*

CAPUT XXIV.  
PARTURITIO CREATURARUM,  
Rom.8.v.19.

1670. *Ob boni exspectationem.* Mulier gravida expectat bonum liberationis : ita creaturæ expectant suam & filiorum Dei liberationem & velut nativitatem, quando pii cum impiis in hoc mundo sunt velut Jacob & Esau in utero maternò, mutuum calcitrantes.

2. *Ob mali positionem,* quod multiplex :

1. Vanitates. Vanitatibus enim creaturæ servire coguntur, Rom.8.v.20.

2. Serviendi necessitas, ibid.

3. Rei sperata tarditas, vers.21. Nam & ipsæ creaturæ expectant liberationem à vanitate corruptionis.

3. *Parturientium dolorem,* qui maximè exaggeratur. Talis quoque est creaturarum dolor, vanitati subiectarum.

ULTIMORUM TEMPORUM MALITIA terra impatiens.

1671. *Core, Dathan, Abiram terra absorbuit.* Numer.16. seculi ultimam impietatem terra dehisceret, nisi longanimitas Dei pœnitentiam exspectaret, 2.Petr.3.v.9.

SECURITAS ULTIMI  
temporis.

1672. *David Saulem cum toto exercitu dormientem reperit, nullo excubias agente,* 1.Sam.26.v.7. Figura est ultimæ securitatis, quando mundus dormiet in securitate, Christo interim superveniente ex insperato ; unde dies Domini instar furis venire dicitur, Matth.24.v.43. 1.Theff.5.v.2. 2.Petr.3.vers.10. Apoc.16.v.15. Vigilemus igitur, surgamus, Eph.5.vers.14. non dormiamus, 1.Theff.5.v.6. cum imprudentibus virginibus, Matth.25.v.11.12.

SE-

1673. Generi Loth admonitionem saceri flocci fecerunt, hortantis Sodomis emigrare, Gen. 19. v. 14. Tales sunt ultimi seculi empainter, quibus ridiculus videtur Christi reditus ad decretorium illum diem. Hi sunt, quos describunt Apostoli, 1. Tim. 4. v. 1. 2. Tim. 3. v. 1. seq. 2. Petr. 3. v. 3. & Christus ipse, Matth. 24. vers. 37. Luc. 17. v. 26.

## CHRISTI SPONSI MORA

multi abutuntur.

1674. Matth. 25. v. 5. Moram Sponsus fecit. Hic Christus est, qui moram redditus sui facere & tardare videtur promissionem, 2. Petr. 3. 9. Quocirca quamplurimi minùs sedulò vigilant. Piorum autem est, lampades fidei & charitatis instructas habere, Matth. 25. v. 4. vigilare, Matth. 24. v. 43. Luc. 12. v. 39. Janitorum est vigilare, ut Domino aperiant fores. Nos sumus Dei janitores, qui reddituro Domino fores aperi debemus per sedulam vigilantiam, Marc. 13. 34. ne celesti confortiō excludamur per nostram somnolentiam, Matth. 13. v. 25. Matth. 25. v. 10.

HOMINES ULTIMIS TEMPORIBUS  
extabescent.

1675. Jacob, Gen. 31. v. 40. calore diei extabescebat serviens Labano, nec adhuc gaudens libertate: Ita pii extabescent; quando adhuc mundi hujus vanitatibus infervire coguntur, non gaudentes libertate illâ gloriosâ filiorum Dei, Rom. 8. v. 21.

PII MAXIME AFFLIGUNTUR  
diebus ultimis.

1676. Nauta extra culpam constituti maximè deprecabantur tempestatem, Jonà dormiente, Jon. 1. v. 5. 6.

Ccc 3

Ita

Ita pii maximè tristes erunt tempore iudicij, finem seculi exspectantes, pressi durâ servitute vanitatis, Rom. 8. v. 20. & peccati, Rom. 8. v. ult. Malis interim in utramque aurem dormientibus, 1. Thessal. 5. vers. 2, noctu dormiunt, Matth. 24. v. 7. 12. Sicut antediluviani homines.

PII GEMENTES, IN JUDICIO  
liberantur.

1677. Ezech. 9. v. 4. *Gementes ob malitiam, signantur Thau, & liberantur.* Ita pii gementes sub onere mali culpa & pœnae, Rom. 8. v. 23, tandem liberabuntur. Gemitus ille est columbarum gemitus, quos exaudit Dominus & ad liberandum columbam (ecclesiam suam) cœlo descendit.

ARTICULUS IV.

DE NOMINIBUS VARIIS EXTREMIS JUDICII.

DIES IUDICII VOCATUR  
*aetas.*

1678. Lucæ. 21. v. 30. Marc. 13. v. 28.

1. *Ob solis propinquitatem:* Sol enim justitiae maxime propinquus erit, cum revelabitur in regno gloria sua, 2. Thess. 1. v. 7. 8. revelata facie eum intuebimur & videbimus sicuti est, 1. Joh. 3. vers. 2. æternum gaudium super capita nostra erit, Esa. 35. v. 10. cap. 51. v. 11. Hic videmus solem illum in ænigmate, 2. Corinth. 13. in hac vita radii obliquè sparguntur; in altera vita directi erunt: Unde Christus de hac ait lætitia: *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis,* Joh. 16. v. 22. 1. Petr. 1. v. 8.

2. *Ob agricolarum declarationem:* In messe videamus,

mus, quinam fuerint industriae agricultorū: ita in judicio apparebit, quinam bene seminaverint, Gal. 6.v.8.

3. *Ob impiorum confusionem*: Ut enim dormientes in æstate pudefient, Prov. 5.vers.4. seqq. Ita impii sterentes in æstate judicii in peccatis obdormiscunt, æternāque morte moriuntur, pudefiunt, quia iustitiae fruges sibi non collegerunt, sed carnis, à qua perditionem metuunt, Gal. 6.v.8.

4. *Ob messiōnem, collectionem frugum, areae expurgationem*: ita enim in altera vita homines metentur per angelos, Matth. 13.v.40. colligentur fruges, quæ in agro mundi creverunt per semen verbi, Luc. 8. triticum colligetur in horreum æternæ beatitudinis; Paleæ igni inextinguibili comburentur, Matth. 3.v.12. Et sic area Domini expurgabitur, in qua triticum cum zizaniis mixtis fuerat, ad illum diem messis, Matth. 13. v.30.

5. *Ob letitiam*. Ea magna est in messe, Esa. 9.v.3. Ita lætabimur coram Christo, metentes hanc messem. Job. 6.v.22. *Lætabitur cor vestrum*, I. Petr. 1. vers.8. Esa. 35.v.10.

6. *Ob impiorum interitum*. Ut in messe radix exarescit & spica demetitur; ita radix impietatis planè exarescet in inferno, adeò arida erit, ut vel gutta deficiat atquæ, Luc. 16. *Pater mitte Lazarum*, ne pro-pullulet; & spica, hoc est, flos, impii, planè demetur, Job. 18.v.16. inque clibanum æternæ damnationis injicietur.

### JUDICIUM EXTREMUM est fluvius ingneus,

1679. Dan. 7.v.10. *Fluvius igneus egrediebatur  
et facie antiqui dierum*. Fluvius ille igneus judicium  
Ccc 4 est

est condemnationis, quod à facie Domini egreditur.  
Fluvius autem est,

1. Quia toller omnes non ædificatos super petram Christum, Matth. 7.v.27.

2. Fluvius purgat alveum terramque, per quam delabitur turbulentio aquarum agmine: ita judicii divini fluvius terram purgabit, quisquias impurissimas impiorum hominum toller, & sic terram purgabit.

3. Fluvius tandem se exonerat in mare, & ex mari oritur. Unde oritur divini judicii fluvius? ex mari infinita Dei justitiae, 2. Thess. 1. v.6.7. Rom. 2. v.8.9. Psal. 7.v.12.13. In quod mare se exonerat hic fluvius judicii? In mare divinæ justitiae, quam sentient impii in mari & lacu illo damnationis, Apoc. 20.14.

1. Igneus est, devorabit cñim omnia.

2. Terrebit omnia.

3. Penetrabit omnia.

4. Purgabit omnia.

5. Illuminabit omnia. Facile hæc ad divinum iudicium possunt accommodari.

### JUDICIUM EXTREMUM EST

olla succensa.

1680. Jerem. 1. v.12.13. Propheta vidit virgam vigilantem, & ollam accensam: illa tempus gratiæ significat, quo saluti nostræ invigilat Deus, erudiens nos virginæ verbis sui, ut semper vigilantes simus, Luc. 21.36. Apocal. 3. v.2. 1. Thess. 5. v.6. Apoc. 16. vers. 15. Hæc iram Dei judiciale designat. Conf. Ezech. 24. v.2. quæ in iudicio maxime effervesceret, 2. Thess. 1. v.8. In hac olla constitutus Dives ille, Luc. 16. guttam aquæ petuit.

### JUDICIUM EXTREMUM.

1681. Jerem. 48. vers. 44. Pavor & foeda & laqueus

*quens super te ô Moab: in extremo judicio impiis patratus erit*

1. *Pavor conscientiaz internus, ut Exod.14. v.24.*  
Apoc.6.v.16.

2. *Fauces inferni divaricantes fovea crunt, Esa.5.*  
vers.14.

3. *Judicis inopinatus adventus erit laqueus, quem effugere non poterunt, Luc.21.v.34. Eccl.9.v.12. immo Diabolus ipse laqueus erit, Psal.31.v.3. Job.18.vers.6.*  
1.Tim.6.v.9. & 26. cui ut servierunt, ita cum eodem æternum cruciabuntur.

### JUDICIUM EXTREMUM EST tempus putationis.

1682. Cantic.2.v.12. *Tempus putationis advenit.*  
Hoc tempus est judicii extremi, quô palmites steriles excentur, Joh.15.v.6. Ezech.17.v.9. lolium colligitur, Matth.13.v.30. arbores putres in ignem conjiciuntur, Matth.7.v.19. ut membra offendentia, Matth.5.v.29. ut solæ plantæ justitiæ remaneant, Esa.60.v.21. sicut palma viridis, Psal.92.v.3. in domo patris, Joh.14.v.2.

### JUDICII EXTREMI DIES.

1683. Sophon.1.v.12. *Duo comminatur Dominus:*

1. *Sedulam perscrutationem.*

2. *Malorum visitationem.* Hæc in Judæis completa esse ad literam, extra omnem dubitationis aleam positum est: Nihilominus tamen erit simile judicium extreum, in quo

1. erit *sedula scrutatio*, & quidem per lucernas. Quæret enim Dominus electos suos, toto orbe dispersos, & in mundi hujus tenebris vagantes, colligentur enim pii, Matth.13.v.30. Quasi per lucernas quæ-

Cec 5 ret,

ret, ut mater familias drachman, Luc. 15. v. 8. quia ibi pios consolabitur, ut mater filium, Es. 66. v. 13. lachrymasq; absterget, Apoc. 7. v. ult. Quaret etiam reprobos, eorum opera manifestando. Nihil enim occultum erit, quod non à lumine manifestetur, Eph. 5. v. 13. 1. Cor. 4. v. 5. Quaret etiam malos, ut in tenebris planè sepultos, qui sunt extrema mundi malitia, de qua Matth. 24. 2. Tim. 2.

2. Alterum est malorum cum fecibus suis concretorum *visitatio*. Malum cum fecibus concreti securi & somnolenti, de quibus 1. Thessl. 5. v. 3. 2. Pet. 3. vers. 10. Matth. 24. v. 48. cum fecibus securitatis concreti & indurati, ut Moabitæ, Jer. 48. v. 11. Hi mali dicunt: Neque bonum neque malum fuit Jehovah, compactarium illud ingeminant, 2. Petr. 3. v. 4. Hos visitabit in ira sua Dominus, 2. Thessl. 1. v. 8. Caveamus ergo, ne in illorum summo numero.

### ARTICULUS III. DE CAUSIS EFFICIENTIBUS

Judicii.

CHRISTUS REDUX LIBERA-  
tionis signum.

1684. *Arcus in nubibus liberationis signum erat Noacho*, Gen. 9. v. 12. Christus in nubibus apparens longè certius signum est liberationis, ne torrentes aut aquæ Belial nos perterrefaciant, Rom. 8. vers. 23. 2. Tim. 4. v. 18. planè enim obmutescunt impii. Ideo iridem in capite gestare dicitur, Apoc. 4, 3. in signum plenissimæ reconciliationis.

CHRISTUS IN NUBE REDI-  
turus.

1685. Exod. 16. v. 10. *Gloria Domini in nube ap-  
paruit,*

*paruit, murmurantibus Israelitis contra Dominum.  
Ita mundo per obstinatam malitiam contra Dominum  
murmurante, tandem in nube vindex, 2. Thess. 1.  
v. 9. redditurus est, Matth. 24. v. 31. Luc. 21. v. 27. Act. 1.  
v. 11. in gloria ineffabili.*

### CHRISTUS IMPIOS PERDET.

1686. Gen. 19. *Egressus est sol super terram in evenione Sodomorum; in cuius luce Lotus egressus, Sodomo ambulabat, v. 23. ita impii in iudicio evertuntur, piis interim sole justitiæ Christo, Mal. 4. v. 4. oriente, qui illis in æterna vita fulgebit, Apoc. 7. v. 16. c. 21. v. 4.*

### IN JUDICIO VIDEBIT DOMINUS opera impiorum.

1687. Genes. II. v. 5. *Dominus descendit visum machinationes hominum, quas ut perspexit, linguas populorum confudit, perpetuam ignominie notam inussit:* Ita in iudicio extremo Deus ipse descendet, ut incolas Babel, mundi, in quo mera est confusio, visat, quorum ille linguas confundet coram tribunalí suo, Matt. 25. planè enim obmutescit impii, & perpetuâ ignominia eos afficiet, 2. Thess. I. v. 9. ut Psal. 78. v. 66.

### IN EXTREMO JUDICIO JUDEX rugiet,

1688. Jer. 25. v. 30. *Dominus rugiet de iudicio in Sion, Joel. 3. v. 16. Extremum hoc est iudicium, in quo cum Dominus rugierit, omnes homines contremiscerent; & fixo gradu, velut animalia ad rugitum leonis consistent. Tunc cessabit rugitus leonum, paupere in hoc mundo devorantium, Job. 4. 10. tonitru enim Dominus rugiet, Job. 37. v. 4. ipsiusque ira, Prov. 19. v. 12. perterrefaciet, Hos. 11. v. 10. leonem illum rugientem, ejusque asseclas, 1. Pet. 5. v. 8. Amos. 3. v. 8. homines improbissimos.*

## PII MUNDUM JUDICATURI.

1689. In solio Salomonis duodecim erant leunculi,  
 1. Reg. 10. v. 20. In solio Christi, quod ad judicium  
 præparavit, duodecim erunt Apostoli, judicantes tri-  
 bus Israel, Matth. 19. v. 28. Luc. 22. v. 30. Eodem etiam  
 in throno sedebunt pii, quando judicium approba-  
 bunt, 1. Cor. 6. v. 1. Ita nos insuper cœlestibus sede-  
 re fecit Christus, Apoc. 3. v. 21. Eph. 2. v. 6. Apocal. 20.  
 vers. 4. ut, velut leunculi de præda (impiis subiectis)  
 rugiamus, justo zelo inflammati, reges, Apocal. 1. v. 5.  
 & Prov. 20. v. 29.

IN JUDICIO EXTREMO SATANAS  
 damnatos abiget.

1690. Rex Assyria Agyptum & Aethiopiam, nu-  
 dam & discalceatam abiget, maximo cum opprobrio,  
 Esa. 40. v. 4. Rex ille Assyriæ Satanas est, qui capti-  
 vos in judicio abiget damnatos, quos ille in hac vita  
 laqueis vitiorum captivavit, 2. Timoth. 2. v. ult. Nu-  
 dos autem abiget, quia erunt nudi, carentes veste nu-  
 ptiali, quapropter ejiciuntur, Matth. 22. vers. 13. Hæc  
 est nuditas, de qua Apoc. 3. v. 18. Discalceatos abiget,  
 quia non erunt calceati Evangelio pacis, Eph. 6. v. 15.  
 Agyptios autem & Aethiopes abiget. Hisunt præ-  
 fracti peccatores, Jerem. 13. v. 23.

## ARTICULUS IV.

DE PIORUM IMPIORUMQUE  
 in Judicio sorte.IN JUDICIO BENEDICTI  
 à dexteris.

1691. Psal. 45. v. 10. Regina à dextris stat in auro pre-  
 cioso. Consummativè hoc fieri in judicio extremo, ubi  
 Eccle-

Ecclesia regina apparebit, quæ hic famula fuit. A dextris regis, quia eam Christus à dextra sua sister, Matth.25. v.33. In auro autem pretioso stabit, quia per patientiam & cineaſfactionem, velut aurum probata fuit, Apoc.7.v.14. 1.Pet.1.v.7.

## BENEDICTIO JUSTORUM

in judicio extremo.

1692. Deut.27.v.12. & 13. Praecepit Moses, ut quando Israelites transiſſent Jordanem, populi pars quædam malediceret. Illud præceptum imaginem habet extremiſſi judicii. Quando enim per desertum mundi vagati sumus, & per judicii divini fluvium à Iosua nostro Christo Iesu deduci, stabimus etiam in judicio, & maledicemus hostibus nostris mundo, Satanæ, morti, cum illos judicabimus, 1. Cor.6.vers.2. & benedicemus quoque Domino, quod æternam benedictionem in ipso sumus assequuti, Matth.25. Venite benedicti Patris.

IN COELO VERA ET CONSUM-  
mata benedictio.

1693. Benedixit Iosua Caleb, Jof.14.v.13. eiq[ue] posſidendum Hebron concessit. Verum Hebron cœlum est; illud possidendum nobis summus Iosua & verus, Hebr.4.v.9. dabit, æternumque benedicet, Matth.25. Venite benedicti.

Septimo benedixit Dominus tanquam Sabbathi die: Indicaturus, ubi septimana vitæ laboriosa, plena maledictionis ob peccatum, transacta semel fuerit, leſe Sabbathum æternum esse auspicaturum, Eſa.66.v.23. plenum benedictione consummativè duplicativè, ut Job.cap.42.v.12. corona velut, Psal.5. v.13. nec mundi sarcasmus impius locum habebit, qui extat Job.2.v.9. Psal.42.v.4.

IN

**IN JUDICIO CHRISTUM IMPER-**  
territo vultu intueri debemus.

1694. *Rebecca pallio vultum tegebat, mox ob via fusa-  
tura Isaaco, Gen. 24. v. 65.* At cum Ecclesia Rebecca  
cœlesti Isaaco adducatur, qui eam ad nuptias vocabit,  
Apoc. 19. verf. 7. non pallio vultum operiet, sed libera  
facie liberatorem suum intuebitur. Est enim illa dies  
liberationis, Luc. 21. v. 28. & quidem ab omni malo,  
2. Tim. 4. v. 18. Gaudeamus itaque de liberatore &  
sponso nostro cum Spiritu sapientia, plenis cum vir-  
ginibus lampadibus instructi obviam ire Matth. 25. 10.  
sumus parati.

**JUDICIO EXTREMO PII LIBERAN-**  
tur, mali judicantur.

1695. *Pharaone natalitia celebrante, & convivium  
omnibus servis suis faciente, pincerna liberatus est, ejusq;  
caput exaltatum, pistor suspensus, Genef. 40. v. 20.* Ita  
tempore judicii Deus natalem mundi celebrabit, &  
pios omnes liberabit, capita piorum exaltabit, ut  
Psal. 27. verf. 6. Malos autem Satanæ excruciantos  
committet.

**PII OBSIGNANTUR ET**  
conservantur.

1696. *Ezech. 9. v. 3. Vir linteo amictus erat, gestans  
atramentarium, notansq; in fronte eos, qui ob abomina-  
tiones peccatorum gemebant.*

1. *Christus est vir ille, qui linteo amictus & veste,  
cui inscriptus hic titulus: Rex regum & Dominus  
dominantium, Apoc. 19. v. 16.*

2. *Gestat autem atramentarium, quia ipse proprio  
sanguine inscribit libro vitæ, Dan. 12. v. 2. Apoc. 17. 8.  
cap. 21. v. 27. Phil. 4. v. 3. electos suos, eosque obsigna-  
culo spiritus Sancti, Eph. 4. v. 30. cap. 1. v. 13. 2. Cor. 1.*

v. 22.

v.22. signaculo notitiae suæ, 2.Tim.2.v.19. signaculo  
charitatis perpetuæ, Cant.8.v.6.

3. Gestat autem atramentarium in latere, quia *vulnera* sunt Christi atramentarium, quorum beneficio scribuntur, & quidem in fronte ei, qui non communicant malitiæ mundi, & ingemiscunt ob ultimam improbitatis fecem. Hi ergo servabuntur in extremo judicio, hos nemo lædet, angeli enim eos colligent, Matth.13.vers.48.

### PII IN JUDICIO SALVANDI.

1797. Obadiæ v.17. *Mons ille Zion cœlum erit, in quo erit salvatio contrainfernū, ne deglutiat, Esa.5.*  
v.14. contra mortem, ne absorbeat, contra legem, ne accuset, Rom.8.v.1. *Domus Jacobis sunt pii, qui in Abrahami Jacobi, fide ædificati, Rom.4,3.* Hi sient ignis, quia judicio velut ignis impios dissipabunt, 1.Cor.6,v.1. Domus Elau impii erunt, qui instar stipe, à vento indignationis Domini dissipabuntur, Psal.1.v.5. & in clibanum æterni ignis, Matth.13. prouidentur.

### IN JUDICIO TRIUMPHUS

piorum.

1698. *Rex Basan & Sihon occursum Israelitis venientes, devicti sunt ab iisdem, Deut.29.v.7.* Ita Satan & mundus, qui perpetuam nobiscum pugnam exercuerunt, devicti erunt in judicio extremo, quando omnes hostes sub pedibus capitis nostri ponentur. 1.Cor.15.v.27.

### PII VICTORES IN CHRISTO.

1699. *Semen Rebecca possidebit portas inimicorum,* Gen.24. vers.60. vera Rebecca Ecclesiæ semen pii sunt, qui possidebunt portas inimicorum.

1. Ad-

1. Adversus hostes triumphando, in ipsa cruce & calamitatibus, Rom. 8. v. 37.

2. A morte resurgendo, quando nec hujus hostis portæ quiddam contra nos poterunt, ab his enim Deus nos exaltat, Psal. 9. v. 15.

3. Hostes judicando, quod fiet in judicio extremo, 1. Cor. 6. v. 1. & ita penitus hos expellendo inque pedum subsellium ponendo, 1. Cor. 15. Tunc consummabitur promissio, Isa. 6. v. 18. & Christus, ut verus Booz, Ruth. 3. vers. 11. Ecclesiam ita affabitus: *Intra portas urbis meæ.* Matth. 25. v. 23. *Gaudium Domini tui.*

### DIABOLUS PROJECTUS in iudicio.

1700. Ezech. 19. v. 9. *Leo in caveam immisus est,*  
& Babyloniam duclus est. Hæc ad literam de regibus Judæ Babylonem mittendis exponenda; leo vero allegoricè est Satanæ ille rugiens, 1. Petr. 5. 8. cum impiis, qui animas piorum ut leones rapiunt, Psal. 7. v. 3. Psal. 57. v. 5.

Talis leo erat Nero, 2. Tim. 4. v. 17. Hileones tandem in infernum tanquam caveam mittentur. Cavea hæc est in Babylone, hoc est, in regno Satanæ, in quo mera confusio. De hac missione Matth. 25. Apoc. 20. v. 14.

### IMPII IN INFERNO COM- pescuntur.

1701. *Tyranni cum suis armis descendunt in infernum,* gladius sub capitibus suis positus, & iniunctitate super ossa veniente, Ezech. 32. v. 25. Hi sunt impii, qui cum armis injustitiæ membris suis, Rom. 6. v. 19. in infernum descendunt; Gladios autem sub capitibus reponunt. *Hi omnes generis malitiam notant,* quâ justus vul-

## DE JUDICIO EXTREMO. 785

vulnerarunt. (Huc pertinent gladii linguæ virulentæ, Psal. 42. v.4. fraudulentæ, Psal. 55. v.22. persecutio-  
nis, Luc. 2.v.35.) quæque tunc plane cessabit. Iniqui-  
tas autem super ossa veniet, quia tremor eos invadet  
& stridor dentium eis erit, Matth. 8.v.12. leo inferna-  
lis ossa eorum confringet.

### IMPII COLLIGENTUR in judicio.

1702. Esa. 24. v.22. Colligentur in fasciculis ad fo-  
veam. Hic est fasciculus morientium; ad foveam enim  
descendent. Pii autem in fasciculo viventium erunt,  
1.Sam.25. In carcere inferni includentur.

### IMPII IN ALTERA VITA PLA- nè ignominiosi.

1703. Quemadmodum Haman plane cecidit de pri-  
stina dignitate ob Mardochaeum, Iudeum (confesso-  
rem:) Ita in extremo die omnes impii, ob veros Chri-  
sti confessores fide & vitâ, cadent, adeò, ut optaturi  
sint montibus feso obrui, Apoc. 6. v.16. Esth. 6. v.13.  
Impii enim veri Hamanes nomine: sunt enim vasta-  
tores, destructores Domini rebelles; & omne vel fa-  
ctis paribus, insidiis, superbiâ, proditione.

### IN JUDICIO IMPII AD IGNEM damnabuntur.

1704. Ezech. 15.v.1.seq. Lignum vitiis inutile pro-  
jiciendum, & igni consecrandum. Ligna ejusmodi im-  
pii sunt, nullos fructus ferunt, quorumque folia mar-  
cescunt, Ps. 1.v.4. ideoque projiciendi, Matth. 13.v.50.  
Apoc. 19.v.20. Matth. 25.v.41.

### IMPII NÓN DOMINA- buntur.

1705. Esa. 14.vers.9. Surgent de soliis suis principes  
terra. Quando Christus ad judicium reversus est, o-  
mnes

D d d

mnes

mnes principes terræ surgent tanquam principe & Domino dominantium adventante, Apoc. 17. *Desolati autem surgent*, qui omnes ipsi subjiciuntur, 1. Cor. 15. v. 27. Stabunt instar reorum, ut Actor. 25. v. 10. Sto ad tribunal Cæsaris. Hi sunt hædi à Christo quidem reiecti, sed tamen judicis sui majestatem exhortescentes, ut dæmones, Jacob. 2. vers. 19. & genua fletentes, Phil. 2. v. 10.

DAMNATORUM MERCES SPIRITUS PROCELLARUM.

1706. Psal. 11. v. 6. *Spiritum procellarum dabit eis mercedem.* Quis ille Spiritus procellarum? nisi iræ & indignationis divinæ, quæ impiorum merces erit, 2. Thess. 1. v. 8. Merces enim post messem datur; at post hanc vitam, quæ restat merces impiis, nisi, ut qui in carne seminaverunt, corruptionem de carne metant, Galat. 6. v. 8. cum Spiritum procellarum in impios effundet. Hic Spiritus est furor Domini, Jer. 30. v. 23. in quo corripiet impios, quique ardet usque ad inferiora inferni, Deut. 32. v. 33.

IMPII NON EFFUGIENT JUDICEM.

1707. *Egyptiis fugientibus, aquæ occurrunt*, Exod. 14. v. 27. Ita aquæ iræ divinæ, instar fluminum rapiddissimorum, impios fugientes in die judicii oppriment. Psal. 139. v. 7. *Quo ibo à Spiritu tuo?*

PECCATA IN JUDICIO DEI EXCUSARI NON POSSUNT.

1708. *Tela aranearum non sunt in vestimentum*, Esa. 59. v. 6. Peccata hominum eorumque excusationes ejusmodi telæ sunt, quas divina justitia, velut rapiddissimus ventus dissipat, in vestimentum esse nota possunt,

postulat, quod nuditas peccatorum regatur. Hoc vestimentum à Christo solo accipiendum, Apocal. 3. v.18.

### IMPII IN JUDICIO METENT fructus suos.

1709. Job. 21. v.8. *Semen impiorum permanet coram eis.* Hoc cum de felicitate temporali, cum de successu judicii intelligi potest, quando impiorum semen manebit, quod in carne seminaverunt, Galat. 6. v.8. Permanebit autem coram eis, quia infelicitas malitia & seminis infelicissimi erunt fructus. Dolor corporis externus, horror animi internus, dentium stridor, oculorum fletus, Matth. 8. v.12. abjectio à facie Dei, quæ summam afferet anxietatem, 2. Thess. 1. v.9. summum Vx, Ose. 9. v.12. Pudor & confusio, Sap. 5. v.6. Tortura æterna, Matth. 5. v.25. & summam metent cum tristitia, sicut pii cum jubilo, Psal. 126. metent.

### IMPIOS IN JUDICIO NON noscet Dominus.

1710. Job. 8. v.18. *Cum absorbebit impium Dominus, negabit eum Dominus & dicet: Non novi te.* In judicio extremo impium absorbebit Dominus flumen igneo judicii sui, Dan. 7. vers. 9. & 10. inferno, qui dilatavit animam, Esa. 5. v.14. morte æternâ, quâ cruciabuntur, Apoc. 19. v.2. Negabit eum Dominus, ut pote qui Dominum prius vitâ malâ, Tit. 1. vers. 16. & omisâ confessione negabit, Non noscet eum gratio- so vultus sui lumine, Matth. 7. v.22.

### IMPIORUM OPERA DEUS manifestabit.

1711. 2. Sam. 12. v.12. *Tu fecisti in abscondito: Ego faciam in conspectu solis:* ita Deus in conspectu solis,

D d d 2 ab-

abscondita opera, Sir. 23. v. 28. manifestabit, 1. Cor. 4.  
v. 5. quæ in occulto impius patravit.

### IN JUDICIO EXTREMO SERA pœnitentia.

1712. *Benamita prælio Israelitis intentato, urbeg, egressi, animadvertissero fumum ex sua urbis incendio cælum petere, Israelitasq; eam occupasse, Jud. 20. v. 40.* Ita in judicio extremo, cum impii extremum furorem in pios exercebunt, & Satanás, Apoc. 12. v. 14. videbunt de civitatis suæ incendio oriri fumum. Civitas ipsorum infernus est, (sicut piorum cælum. Apoc. 12. v. 1. ex eo fumum prægredientem videbunt; Apoc. 14. v. 11. Piis veram civitatem, Hebr. 13. v. 14. occupabunt.

### IMPII IN JUDICIO.

1713. *Sunt vitulus saginatus, Jer. 46. v. 21. seq. hoc de Ægyptiis dicitur, qui à Nebucadnezare mox mactandi erant, & vastandi. Tales sunt impii in judicio extremo, qui saginati felicite temporali, Jer. 12. v. 23. Habac. 1. v. 13. Psal. 57. Jac. 5. v. 4. 5. tandem mactantur æternis suppliciis, Psal. 49. v. 15.* Hinc illud Vx, Luc. 6. v. 25.

### E SEPULCHRO PROJICIERIS, Esa. 14. v. 20.

1714. *Hoc vaticinium extremam Babyloniorum vastationem describit, quâ fieri afferat, ut corpora inhumata è sepulchris eruantur, proculentur. Spirituali sensu ad statum damnatorum applicari potest, quorum corpora rediviva è sepulchris protrahentur; qui buscum, si ex voto agere licet, malent illi nunquam resurgere, & coram tribunalí comparere. Id eò protrahentur; A malignis autem spiritibus proculcabun-*

cabuntur. Quemadmodum enim Christus cum piis  
Satanam scabellum pedum ponet, 2. Cor. 15. v. 27. ita  
Satanas sibi impios scabellum pedum.

IMPII SUMMA AFFICIUNTUR TRISTI-  
TIĀ, CUM GLORIOSA DEI INHABITATIONE  
DESTITUUNTUR.

1715. *Mirum in modum lamentabatur mater To-  
bia, cum ille peregrē abeisset, Tob. 5. v. 23. cap. 10. v. 4.*  
Multò magis lamentabuntur impii in inferno, cum  
Christus ab iis discesserit: *V&e, cum discessero ab iis!*  
Ose. 9. v. 12.

### SORS IMPIORUM IN JUDICIO.

1716. Job. 5. v. 4. *Filiī (impii) longè erunt à salute,  
& conterentur in portā, & non erit, qui eruat.* 1. Impii  
in judicio longè erunt à salute. *Discedite à me,* Matth.  
25. vers. 41. Hoc dixit, solus qui est salus, Act. 4. v. 12.  
Erunt à salute longè, quorum cor à Deo fuit longè,  
Matth. 15. v. 8.

2. *In porta conterentur:* 1. Porta pro judicio per  
metonymiam, ut aliás: ita impii in judicio extremo,  
Psal. 1. v. 5. conterentur plagiis duplicitibus. 2. *In por-  
ta conterentur*, ut verè increduli illi, non credentes  
benedictionem, civitati Dei in altera vita superven-  
turam, ut allegoricè applicari potest, ex 2. Reg. 7, 20.  
Impii enim, ut eques ille, non habentes fidem spiritua-  
lem benedictionem promittenti in Christo, tempo-  
ralem anteponunt, ideoque conteruntur. 3. *In por-  
ta conterentur*, quia civitatem sanctam non ingre-  
diuntur, Matth. 15. v. 21. ejiciuntur, Matth. 22. vers. 13.  
4. *In porta conterentur*, quia publica ignominia de-  
decorisque probrosissimi notā inurentur, *Discedere  
maledicti*, Matth. 25. v. 41.

Ddd 3 3. Nemo

3. *Nemo erit, qui eruat; Non Deus, qui damnat: non angeli boni, qui expellunt; non mali, qui malorum malis gratulantur. Non creaturæ alii, quæ omnes in necem impiorum conspirabunt, quorum vanitatisibus servire coactæ sunt, Rom. 8.v.14.*

## SORS EADEM IMPIORUM.

1717. Ex Hiob.18.v.15.16. *Spargetur sulphur super tabernaculum impii, &c. Sulphur i. notat æternas penas, Apoc.20. vers.10.15. hoc sulphur accendet ira Dei, Esa.30. v.33. Conf. infra de inferno , alleg. II. cap. ult.*

2. Peccati fœtorem & graveolentiam, quæ est instar sulphuris. *Infræ radices arescent, quia in arena fixa habent impii, arenâ rerum terrenarum, quæ solidum negant suis arboribus nutrimentum & succum. Radices illæ notant vanam fiduciam, Luc.12.v.17.20. Imò nullæ sunt impiis radices, idèò arescunt, Marc.4. v.6. Hiob.17.v.9. *Messis demetetur. Omnes enim impiorum fructus colligentur ad combustionem, demetentur à falce iræ Dei. Memoria ejus peribit. Impiorum enim in altera vita nulla erit memoria, nulla eis gratia, Luc.16.vers.31. aut talis impiorum memoria, qualis Sodomitarum, in honesta, probroso, Ezech.16. v.49.**

ARTICULUS V.  
DE FORMALIBUS EXTREMI

Judicii.  
CHRISTI COMPELLATIO  
amica in judicio adjustos.

1718. Cant.2.v.10. Duo sunt, quæ Christus Ecclesiæ proponit:

I. Propositio: *Surge dicit. Quod tunc fiet, quando voce suâ pios excitabit, Joh.5. v.28.*

2. Con-

2. Confirmatio: i. *Ab hyemis transitione*. Hæc est hyems hujus vitæ, plena calamitatibus. V. Vita hyems.  
 2. *Imbris recessione*. Hic est multarum lachrymarum & planctuum, qui cessabunt, Esa.35. v.10. cap.51. v.11. Domino lachrymas abstergente, Apoc.7. v.17. & instar matris consolante, Esa.33.v.13.

3. *Veris appropinquatione*, quia in altero seculo vera ætas erit, flores apparebunt, plantæ illæ vigebunt in cœlis, de quibus Esa.60.v.21.

### CHRISTUS FRATRES ALLOQUITUR.

1719. 2. Sam.19. v.12. *David senioribus Israel: Vos estis fratres mei, & os meum*. Amica hæc erat Davidis compellatio, longè blandior erit illa in extremo die compellatio, cum nos fratres suos accipiet Christus. Evam post somnum agnoscebat Adamus uxorem, & os ex ossibus propria: ita post mortis somnum nostrum in resuscitatione fratres, & Domini os agnosceremur.

### CHRISTUS PROBAT SUOS in judicio.

1720. *Aquila pullos suos probat ad solem, quem si intueri possunt, satis adulti censemur: ita Christus suos electos in judicio probatum ducet, cum illum imperterriti poterunt intueri: ad hunc intuitum requiritur fidei oculus, sine quo nemo Christum videre, nemo ei placere potest*, Rom.14.v.ult.

### CHRISTUS IN JUDICIO EXTREMO piis erit petra dividens.

1721. 1.Sam.23. v.26.28. *David in modum corona cinctus erat à Saul; ejusq; viris, ita ut evadendi spem omnem abjecisset. Verum Saul desistere coactus est a per-*

Ddd 4 secu-

*secutione Davidis, quia Philistini incursionem in terram fecerant. In hoc mundo cincti sumus:*

1. Ab infernali Saule ejusque viris, 1. Petr. 5.v.8.

2. Et quidem in modum coronæ; quia pugnant contra nos à dextris, sinistris, antè, retrò. Confer. 2. Cor. 6.v.7, Psal. 118.v.11.12, Psal. 3.v.1.

3. Comites & viri Satanæ sunt filii Belial, qui nos undique in angustias conjiciunt: quæ, cum maxime temporebus extremum præcessuris judicium cumulabuntur, Dan. 12.v.1. tandem die ultimo nos liberatum veniet Dominus, suisq; erit vera petra diuidens, cum frumentum à zizaniis; hædos ab agnis discriminabit, Matth. 25. v.33. toties divisionem illam anhestantibus; cum Paulo, Phil. 1.v.23. 1. Tim. 4.v.6. ex oriente verâ stellâ hujus vitæ noctem à die futuræ distinxerâ, à Christo scilicet.

### JUDICIUM IMPIORUM

publicum.

1722. *E regione candelabri scripta est de Belsazeris futuro interitu sententia, Dan. 5. v.5. Ita manifesta erit, & velut è regione candelabri scripta impiorum damnatio, in die judicii. Scripta in corde, Apoc. 6. vers. 16. Scripta in nube, majestatis illius tremenda Domini prænunciâ.*

### IN JUDICIO OMNIA NUDABUNTUR.

1723. *In die judicii Dominus terram nudabit, Esa. 24.v.1. Ad literam de Politia Judaicæ excidio, judicium quoque Domino administrante.*

1. *Terra nudabitur incolis, piis cœlo, impiis inferno adscriptis.*

2. *Cordium cognitiones nudabuntur, 1. Cor. 4.v.5. omnia facta, Eccl. 12. v.14.*

3. *Sum-*

DE J.

Summa:  
adibetur hyp-

IMB

1724. Flam-  
oblata diu-  
1. Hic est  
hore, Sin-  
tibus in dec-  
2. Hic ign-  
separabit,  
MI

1725. Ex-  
1.6.

1. Hier-  
et mundu-  
x. Domin-  
lus Spiritu  
Dei non  
fit mundu-  
lum, carci-  
2. Hier-  
bis, v.2. C-  
tinoluit  
Cor. 6.v.4.  
3. Circ-  
ulati mun-  
i. e. duran-  
scimo di-  
Cor. 13.v.

3. *Summa*: Omnia abdita & abstrusa nudabuntur.  
Nudabitur hypocrisis, quæ alias in hac vita fulgere videtur.

### IMPII à PIIS IN JUDICIO discernentur.

1724. *Flamme ignis partes animalium ab Abraham oblatas divisit, easdemque transiit, Gen. 15. v. 17.*

1. Hic est ignis divinæ omniscientiæ, quæ sole lucidior est, Sir. 23. v. 28. quâque Dominus hædos ab ovibus in decretorio illo die sequestrabit.

2. Hic ignis est divinæ justitiæ, quæ scorias ab auro separabit, pios ab impiis.

### MUNDI CONFLAGRATIO & interitus

1725. *Exemplo civitatis Hiericho adumbratur, Jos. 6.*

1. Hiericho reclusa erat Iosuæ. Christo reclusus est mundus, non patet ei, quia portas non aperit ei, ut Domino gloria, Psalm. 24. v. 9. Clausus est mundus Spiritui Sancto, quem non cepit, quia verbum Dei non capit, Joh. 14. v. 17. Israelitis quoque clausus est mundus, hoc est, fidelibus, quibus mundus est exiliu, carcer.

2. Hiericho in manus Iosuæ tradita dicitur, & Israelitis, v. 2. Christo mundus datus est, ut judicet illum, qui noluit credere, Joh. 3. v. 18. & fidelibus, ut judicent, 1. Cor. 6. v. 1. 2.

3. Circumambulant Hiericho sacerdotes: ita ministri mundi pomceria circumambulant sex diebus, h.e. durante regno gratiæ, quod abolebit Dominus septimo die, h.e. Sabbatho illo magno æternæ vitæ, 1. Cor. 15. v. 24.

4. Corruunt muri Hiericho tubarum sono : Ita mundus corruet, cum Christus se patefecerit tubarum angelicarum sono, 1. Thess. 4. v. 16.

5. Sola Rahab servatur, Jos. 6. v. 23. Soli fideles in die judicii servabuntur.

### IN JUDICIO EXTREMO COELI complicabuntur.

1726. Esa. 34. v. 4. *Militia cœlorum tabescit*, & complicabuntur sicut liber, cœli, &c. *Inebriatus est gladius meus in cœlo*, & descendet super Idumaum.

1. *Militia cœlorum*, stellas & quicquid est luminarium, significat, quæ tabescent, cum peribunt, Psal. 102. v. 27. igni liquefiant, 2. Petr. 3. v. 7. Complicabuntur sicut liber; tota enim cœli machina instar libri fuit, omnipotentiam, justitiam, bonitatem creatoris testantis, A& 14. v. 14. sed tunc complicabitur, quia non amplius sinet solem exoriri Dominus super malos; quos perpetuis cruciabit tenebris.

2. *In cœlo autem inebriatus est* ultrix ille gladius, quia decretum judicii ex immutabili justitia divina dependet, 2. Thess. 1. v. 6. Rom. 3. vers. 6. quæ ex cœlo solum revelatur, Rom. 1. v. 8.

3. *Inebriatus autem est*, quia sanguine impiorum circumfluet. Hi sunt Idumæi, rubri sanguinibus delictorum & piorum, quorum vox ultrices has flamas jampridem *impetravit*, Apoc. 6. v. 10. patientia Dei sustulit, prolongavit, Rom. 2. v. 4. 2. Petr. 3. v. 9.

### DIES JUDICII EST DIES liberationis.

1727. *Hac die exul Adam, & cum eo posteri pii, paradisum rursus ingredientur, arca Ecclesia portus continget. Peregrinationis nostra finis erit, captivitas nostri solvetur ex Ægypto mundi & Sodoma.* 2. Petr. 2. 8. Ve-

Verus Josua nos introducet in terram promissionis,  
Hebr.4.v.9. liberationem inter nos & impios statuet,  
hos veribus cruciando, Esa.66.24. illos ad regnum  
2. Thess.1.v.18. perducendo, ex omnibus anxietatibus  
liberando, Psal.25. captivitatem Babylon solvendo,  
Psal.137.v.1.2.

**POST JUDICIUM TEMPUS NON  
erit resipiscendi.**

1728. *Angelus juravit per viventem, posthac non  
fore tempora.* Apoc.10.vers.6. Ita jurat Deus, se nolle  
mortem peccatoris, & jurat, non amplius fore tem-  
pus, cum toties inculcat, modò tempus acceptum fa-  
litisque diem illuxisse, 2. Cor.6.v.2. Jurant idem mi-  
nistri angeli Dei. Tempus autem pœnitendi post ju-  
dicium non erit, sicut illud exemplum Epulonis do-  
cuit, Luc.16.

**IN DIE JUDICII CATARACTÆ  
cœli aperientur.**

1729. Gen.7.v.11. *Dominus excisurus mundum,  
cataractas cœli, quas longanimitas clauserat, aperuit,  
ing, impietatem mundi aquas diluvii depluit:* ita in ju-  
dicio extremo cataractas cœli aperiet, quas longani-  
mitas ejus occluserat, 2. Petr.3.9. & sulphur picemq;  
depluet, ad perdendum impios, 2. Thess.1.v.8.

**JUDICIUM EXTREMUM.**

1730. *In valle Josaphat omnes gentes judicaturus esse  
dicitur Dominus,* Joel.3.vers.2. Mundus est vallis illa  
Christi, veri Josaphati, in quam ille de monte cœli  
prospicit, Psal.33.v.13. in qua ille mundum judicatu-  
rus est, Act.17.v.31.

**IN JUDICIO BONI COL-  
ligentur.**

1731. *Joseph frumenta collegit in horrea,* Genes.41.  
v.49.

v.49. cœlestis Joseph Christus est, qui verum frumentum in horrea colliget, Matth.3.v.12. cap.13. vers.30. Luc.3.v.17. Hoc frumentum sunt pii: Lolum & ziania sunt impii.

## JUDICIUM EXTREMUM

expeditissimum.

1732. Rota solii judicialis fuerunt instar ignis ardentes, Ezech.1.v.16. Aliae significant judicii divini

1. *Velocitatem*. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & subito appareat usque in occidentem: ita quoque erit adventus, Matth.24.v.27.

2. *Expeditam promptitudinem*. Rotarum enim beneficiorum currus quaquam versus verti possunt: ita judicium Dei omni loco expeditissimum erit, nemo illud effugiet.

3. *Terrorum & majestatem*. Ita Christus Judex flammis igneis incutiet malis terrorum, 2.Theß.1.v.8. & majestatem legis transgressoribus patefaciet. Hinc ipse Plato ex peregrinatione Ægyptiaca, forsan illud de curru Dei igneo habet, quo eum in cœlo vehi scribit.

## JUDICIUM EXTREMUM.

1733. Vespera Angeli Sodomam venerunt, Gen.19.v.1. Angeli judicii extremi executores, Matth.13.40. Apoc.14.v.15. Joel.3.vers.13. vespera mundi, hoc est, ultimis diebus illis, quibus impius erit vespera:

1. *Obfletum*, Psal.30.v.6.

2. *Obulatum*, Psal.59.v.7.

3. *Ob subitaneam missiōnem*, Psal.90.v.6. graminis scilicet, Matth.6.v.30. Hanc mundi vesperam exceptant pii. Ad Sodomam venient, quæ mundus est. Vide, Mundus est Sodoma.

JU-

## JUDICIUM TERRIBLE.

1734. Genes. 19. Triste incendium Pentapoleos: longe tristius mundi incendium universale, 2. Pet. 3. v. 12. cœli ardentes solventur: qui Sodomæorum malitiam ad vivum exscriptis, ardebit. Fratres Josephum pro regem Ægypti videntes, ne verbum quidem efferre poterunt, Gen. 45, 3. Ita etiam in judicio fiet impiis, quorum os obturabitur, qui Christum in membris persecuti sunt.

OMNIA IN JUDICIO EX-  
tremo nuda.

1735. Mare nudabitur, quando reddet mortuos suos: & infernus, Apoc. 20. v. 13. Nuditas spiritualis impiorum ibi in aprica luce ponetur, quando ueste nuptiali carentes cum sposo ad nuptias intrare non poterunt, Matth. 22, v. 12. Nuda malorum & aperta consilia, 1. Cor. 4. v. 5. Nuda erit terra, cuius incolæ aut cœli civibus, aut inferni adscribentur mancipiis, ut supra 1723.

JUDICI DIVINI HORRI-  
bilitas.

1736. 1. Propter diei qualitatem. Erit enim judicium Domini dies iræ, tribulationis, angustiæ, qui illâ planè exardescet, Deut. 4. v. 24. ista conspicua, in impiis fiet, 2. Thess. 1. v. 9. hæc intolerabilis erit, Apoc. 6. vers. 16.

2. Judicis inexorabilitatem & severitatem. Inexorabilis enim erit ob negatam veniam, quæ solùm hoc vitæ tempore patuit, nulla excusatio valebit, Matth. 7. v. 22. nulla erit Abigail, quæ iram exardescensem mitigare possit, aut declinare, ut 1. Sam. 25. v. 17. 2. Cor. 6. vers. 2. Severus, quia impios accusabit, ut Nabalem David: verè frustra servari omnia hujus in deserto: Ita Deus

Deus conqueretur le frustra angelis suis corporalibus ministris verbi & spiritualibus, omnia malorum in deserto mundi servasse ; illos tamen non resipuisse, quia scilicet gratiam Dei in vanum acceperint, 2. Corinth. 6. v. i.

3. *Majestatem*, quæ passim describitur, Matth. 25. 2. Thess. 1. v. 9. Mosis de monte descendens, splendorem & majestatem in facie ferre non poterant Israelites, Exod. 34. v. 29. operculō opus erat : Multò minus impii majestatem Dei ad judicium venientis perferre poterunt, omni operculo carebunt.

4. *Poenarum eternitatem*, Matth. 12. v. 36.

5. *Examinis rigorem*. Conf. alleg. seq.

6. *Confusionem*, quæ summa & maxima erit impiis, à facie Dei rejectis, è domo nuptiarum spiritualium ejetis, Matth. 22. v. 12. ex nova illa Jerusalem & visione pacis, Apoc. 22. v. 15. Piis interim cœlo adscriptis, perpetuisq; circumfluentibus delitiis, Sap. 5. v. 1. 2.

## JUDICIUM EXTREMUM QUALE ET quomodo cum humano congruat, discre-

petque ab eodem.

1737. *Judicati sunt mortui*, Apoc. 20. v. 12. secundum scripturam in libris, secundum opera eorum.

1. *Ob personas*, eorumque numerum, qui ad judicium requiruntur. Judicium enim actus legitimus est trium personarum: *Judicis, actoris, rei*: si factum negetur, quarta persona additur, testis, quo nomine etiam instrumenta aliaque argumenta veniunt, quibus factum probatur: ita in judicio

1. *Autor* est Moses, *Diabolus*, Joh. 5. v. 45. *Diaboli vox erit*: *Judica illum meum esse per culpam*, qui sprexit tuam longanimem gratiam !

2. *Index* Christus erit ; pii cum eo.

3. *Rei*

3. *Rei*, omnes damnati.
4. *Testes* erunt vel externi, Angeli, creaturæ; Interni, ipsa conscientia. Argumenta erunt ipsa peccata & mala opera, quæ in lucem proferentur.

2. *Ob convenientiam actuum*. In judicio actus principes sunt:

1. *Citatio*, quæ vel monitoria, præceptoria, peremptoria. Talis citatio quoque in judicio extremo, in quo conjungentur unâ vice hæ citationes, quando noluerunt impii in hac vita audire monitorias ad pœnitentiam citationes, Luc. 16. v. 26. 28.

2. *Examinatio*, cuius *objectum personale* sunt ipsis rei. *Objectum reale* sunt:

1. *Bona commissa*, eaque cum animæ, tūm corporis, bona spiritualia, corporalia.

2. *Bona omessa*, quorum respectu triplex erit examinatio.

1. *Quod non fecerint bona*, Matth. 23. v. 23. *Hac facienda, nec illa omissenda.*

2. *Quod non multiplicaverint*, Joh. 15. v. 25. Apoc. 22. v. 12.

3. *Quod non continuaverint & constantes in bono fuerint*, Luc. 17. vers. 32. Luc. 9. vers. 62. Hebr. 11. v. 36. 38.

3. *Mala commissa*, quorsum omnia peccata.

4. *Tempus amissum gratiæ scilicet & veniæ*, Rom. 13. II. 2. Cor. 6. v. 2. Gal. 6. v. 10. Eph. 5. 16. Itaque tunc non invenient gratiam, cùm indiguerint gratiâ, quia non accesserunt in tempore ad gratiam, Hebr. 4. vers. 16.

3. *Convictio* examinatorum per instrumenta illa omni exceptione majora, contra. *Fructus arguent arborem: Confundentur ibi rei.*

4. *Sen-*

4. *Sententia immutabilis prolatio*: Immutabilis erit sententia, quam non declinabunt impii:

1. Per appellationem, non enim datur judex superior.

2. Non per supplicationem: Supplicandi enim tempus non erit amplius. Hodiè enim est dies salutis, 2. Cor. 6. v. 2. Apoc. 10. v. 6. Porta clausa erit: frustà pulsabunt eam stultæ virgines, Matth. 25. v. 12.

3. Non per negatam facti evidentiam: Omnia enim hominum opera erunt evidētia, conscientia, quæ accusabit, in luce publica, quæ manifestabit, 1. Cor. 4. v. 5.

4. Non per falsi querelam: quasi judex per falsos testes circumventus sit. Judex enim omniscius est, omnisapiens, verax.

### DIES JUDICII, DIES DISTINCTIONIS.

1738. *Primā die JEHOVAH lucem à tenebris distinxit*, Gen. 1. v. 4. Prima dies illa dies judicii, prima sanguinem piorum dies, quia sol illis plenè orietur: reliquum vitæ temporis nox solum laboriosa fuit, Job. 7. vers. 3. prima dies impiorum; præteritum enim vitæ tempus in tenebris, ignorantis transegerunt, die autem judicii sero agnoscere insipientiam, Sap. 5. vers. 1. prima dies tristitiae, anxietatis, Apoc. 6. v. 16. Transactæ viæ dies lætitiae dies fuerunt, Luc. 16. v. 25. Distinguet quoque hâc die Christus hædos ab agnis, & agnos à lupis, Matth. 25. hoc est, filios lucis & diei, à filiis tenebrarum & noctis, 1. Thess. 5. v. 4. 5.

### IDEA IN IRIDE ADUMBRATUM.

1739. Arcus cœlestis purpureo & cœruleo colore constat: Gen. 9. v. 13. Purpureus ille mundi conflatus,

gra-

## DE JUDICIO EXTREMO. 801

grationem : caruleus diluvium indicat. D. Luth. in  
Genes. 1.

### ADVENTUS DOMINI TERRI- BILIS AD JUDICIUM.

1740. Exod. 13, 21. *Dominus Israëlitas per diem praed-  
ecepit in columna nubis : per noctem in columna ignis :* Regnum Christi gratia in nube & nubilum nobis videtur, quo nos ducit in die hujus vitæ : regnum Christi gloria, quod à catholicò judicio auspicabitur, erit in columna ignis, ad hostium nostrorum terrorem & discriminationem : Ut enim distinguebat columna nubis Israëlitas ab Ægyptiis Exod. 14. vers. 20. ita inter pios impiosque maxima erit distinctio , Luc. 16. v. 26.

### TUBA DOMINI.

1741. Levit. 25. v. 10. *Annus Jubileus tubâ denun-  
ciabatur, quo libertatem & amissas possessiones re-  
cuperabant Judæi ; Judicium extremum nobis adfert  
annum verum jubilæum, quo recuperamus veram li-  
bertatem filiorum Dei, Rom. 8. v. 21. & amissam cœli  
possessionem ; ille annus in voce tubæ per Archange-  
lum annunciandus est, I. Thess. 4. v. 16.*

### CHRISTUS STANS MEDIUS INTER VIVOS MORTUOSQUE.

1742. Num. 16. vers. 48. *Aaron inter vivos mor-  
tuos, sterit Pontifex. In judicio extremo Christus sta-  
bit inter vivos & mortuos corporaliter : multos enim  
vivos deprehendet illa dies ; & spiritualiter : Vivi e-  
nim erunt resurrectionis ad vitam participes : Mor-  
tui, in quos mors secunda illa dominabitur, Apocal.  
10. v. 14.*

Ecc

JU-

## JUDICIUM EXTREMUM DIES vindictæ.

1743. 1.Reg.2.v.8. *David Salomonem instituit de vindicta ab hostibus sumenda: ita omne judicium pater filio dedit, Joh.5. ut hostes omnes aboleat, & vindictam de iis sumat, 1.Cor.15.vers.24. 1. Thess.1. v.8.*

## JUDICIUM EXTREMUM eius maiestas.

1744. *In throno Salomonis regio adumbrata, cuius mentio 1.Reg.10. 2.Chron.9.*

1. *Altus ob regis maiestatem.*

2. *Eburneus, ob judicii puritatem sinceritatemque.*

3. *Aureus, ob divinitatem, & justitiae rigiditatem.*

4. *Sex gradus notant sex sententias in judicio promulgandas, Matth.25. Esurii, atque hospes, nudusque, in morbis languens. Vel sex gradus sex mundi milenarios.*

5. *Duae manus, justitiam & misericordiam, vel duas naturas Christi.*

6. *Duodecim leunculi sunt duodecim Apostoli.*

## JUDICIIS TYPUS

1745. *In Elia, qui sedens in monte ignem de caelo descendere faciebat, viros illos cum duce consumentem, 2.Reg.1.v.10. Sedebit Christus in die judicii, in monte cœli conspicuus iudex, ultrices flamas demittens super capita impiorum.*

## JUDICIIS DIES EST DIES ventilationis.

1746. *Matth.3. v.11. Ventilabrum in manu Christi, qui purgabit aream suam & congregabit triticum in horreum suum; paleas autem comburet igni inextinguibili. Triturationis ergo dies est judicii dies; Tri-*

## DE JUDICIO EXTREMO. 503

Triturantur in ea homines, qui ex æquo, ut lolium & triticum alebantur, in eodem ecclesia agro, tunc discriminantur per ventilabrum Christi, quæ est ipsius omniscientia. Hanc ventilationem tria consequentur. 1. Areæ purgatio. 2. Triticic congregatio. 3. Lolii conflagratio.

### IMPIORUM DISCRETIO in judicio.

1747. *Extra sepiam templi occisa est Athalia, 2. Reg. II. v. 16.* Ita Ecclesia malignantium in judicio extremo extra Ecclesiam piorum occidetur, cum ad mortem æternam damnabitur. *Foras egrediebantur Aegyptii, Gen. 45.* cùm Josephus fratribus se patefaceret: ita in judicio extremo impii foras projicientur, *Luc. 13. v. 28. Apoc. 22. v. 15.*

### CHRISTI MAJESTAS in judicio.

1749. *Apoc. I. v. 14. 15.* 1. *Oculi flammantes notant infallibilem omniscientiam.*

2. *Gladius δίσομος animam corpusque perdendi potentiam, Matth. 10. v. 28.* & utramque in pios impiosque dictam sententiam: *ITE, VENITE!* qui hâc dissecabuntur tanquam gladio, ut genuini & spurii liberi, quos distingueat gladius, *ut I. Reg. 3. v. 26.*

3. *Pedes ignei rigidam explorationem & examinationem.*

*Apoc. 19. v. 11.* Visio majestatis filii Dei ad judicium reddituri exprimitur.

1. *Cælum apertum notat judicij revelationem, quod alias hoc nomine appellatur, revelationis, scilicet, I. Cor. I. v. 7. 2. Thesl. I. v. 7. I. Petr. I. v. 7. cap. 4. v. 13. & manifestationis, Coloss. 3. v. 4.*

2. *Equus candidus judicis sinceritatem & pacis*

Ecc 2 nun-

nuncium, qui fideles beat; non pallidus est, qui mortem notat; non ruber, qui bellum.

3. *Oculi flammantes;* Vid. supr. alleg. 29. v. i. Alias quoque terribilitatem lucis, qua impios terribit, significare possunt; & sententiae, instar flaminæ impios comburent.

4. *Multa corona sunt multa piorum præmia,* quæ conferet iisdem, imponetque omnibus diligentibus apparitionem ipsius, 2. Tim. 4. v. 8.

5. *Vestis sanguine aspersa* vindictam seriam, quam de sanguine suorum effuso repetet, de sanguine suo ipsius spredo, contempto.

6. *Comitatus v. 14.* notat angelos & pios, albis insessuros equis, qui notant:

1. *Innocentia participationem ex eo,* qui innocentia candidissimus est, Apocal. i. v. 14. qui peccata nostra, sicut lanam, candida facit, Esa. i. vers. 18. Psal. 51. v. 9.

2. *Latitudo plenam ambulationem,* in altera vita, quam notat phrasis illa, in vestibus candidis ambulare, Apoc. 3. v. 18.

3. *Fidei indumentum,* quo indutos oportet esse omnes pios, ex Apoc. 3. v. 18.

4. *Summam gloriam,* qualis electis competit, regibus in altera vita, ut Josephus vestibus candidis induebatur, Gen. 41. v. 42.

5. *Potestatem judicariam & sinceritatem,* cuius respectu Thronus ille judicarius candidus esse dicitur. Apocal. 20. v. 11. Judicabunt autem pii quoque COMPROBATIVE, i. Cor. 6. v. 3. & candidæ.

80 (o) 90

CA-